Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

adductus fuisset. rex usq; ad suffusionem uultus in lacrimis p̄mor̄ aut illi. Gracias omnipotenti deo prua referimus conuersatione. sed ubi pcurandum ac summope pnugilandum est. ut sicut in seculari constitutus habitu strenuue semp ac nobiliter absq; ullo dedecore conuersatus es. ita nunc quoq; in hac scissima quam expetisti religione. sine reprehensione deo semp placere satagens. proficias cotidie de uirtute in uirtutem. quo usq; dn̄ deorum in syon felici cernere possis exultatione. His dictis diutius in osculis eius immoratus. ac benedictione quam expectabat beati mauri roboratus. andegauis ipso die reuersus est.

Beatus uero maurus altera die ad inuisendum recipiendumq; fiscum. quem isdem rex ad ipm contulerat monasterium egressus est. Cumq; p̄biduum ibi cōmoratus fuisset. paralyticus quidā qui in eadem uilla septem iam annos toto corpe destitutus in lecto absq; sensu iacebat. et oblatus atq; de portatus est. Sup quem cum uir dei benedictionem suam dedisset. ita sanus effectus est. ac suum quā nichil mali de ipa pruisset institutione. Inde reuersus est ad monasterium. sollicite magistri siu more singulorum secum habitantium mores et uitam pscrutans. ac uerbum ante publice et priuatim annuncians. atq; antiqui hostis uersutissimas et multiplices insidias detegens. p̄ficere eos admonebat cotidie hortabatur. Ad eo quidem aduentus ni adeuit de locum anno. nobiles ad eum utri conuenire undiq; cepunt. ac se omnipotentis dī seruicium tradentes. eius cohabitationem expetere. Unde factum est. ut uicesimo sexto anno fundationis cenobii. c. xl. frm̄ multitudo illi adiuncta eē. Qui numer̄ a beato mauro scriptus. et auctoritate tam eius quam locus congregationis p̄fixus atq; statutus est. ut nemo deinceps existeret. qui hunc numerum ul̄ excedere uel minuere unquam impius congregatione cenobii ausus fuisset. qm̄ res que ibi iam tunc delegate erant. tanto frm̄ numero in his que necessaria erant sufficiebant. et si amplior esset numerus occasionem paciende necessitatis forte inferre potuisset. Sed ut ad id redeam unde digressus sum. cum p̄dictus florus annis xv. mensibus tribus ac diebus totidem scissime ut nobilior decebat nobilissime inoēm uixisset religione. duodecimo kalendarum septembrium feliciter migrans ad dn̄m. diem clausit ultimum. filius uero eius bertulfus quam pfectus inoēm sac̄ scā fuerit obseruatione. sequens lectio demonstrabit.

Theodebertus igitur rex cum annis undecim sterniuue ac nobiliter francor̄ gubernasset regnum. theodebaldo filio suo p̄ se relīq̄t. qui uixit patris siu impium non minimū quo adiuit ipe. iam beatum maurum quam mātam dilexit cōgregationem. Hic itaq; patris siu sequens uestigia. qui nobilis locum congregationis huius. cum ibidem ordine quo supra inseruiuit. adueniss̄ honorauit. cum et ipe post mortem patris beatum maurū ac ipm locum uenerass̄ inuisere. contulit et ipe nichilominus ibidem ut magnificentia regia dignum erat. testamentaria auctoritate uillas quas una uocabatur uilla frabrensis. altera uero uos dā. S. et hic cum parui tempe regni apicem honorifice cum pace obtinuisset. in matā p̄uentus morte. lothario p̄ncipatus dimisit monarchiam. Qui lothar̄